IOHANNES CHRYSOSTOMUS
Österreich, Ende 12. Jh.
Seite 034
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26104
Copyright: Admont, Benediktinerstift

& confabulatio amicorum. & domestica necessitas. & filiorum cura. et
uxoris sollicitudo. & mulierum timor. & mille te cum deceruunt
cause. quando in lectulo tuo uenis ut sopori membra concedas. ad tuum
lectum portum nemo intrare molestus est nemo pulsat. dicito cordi tuo & an
me tue. Expendum omnem diem o anima. quid boni fecimus. aut quid
male operati sumus. Et si quid boni fecisti. gratias age deo. si quid uero male
de cetero ne facias. & reminiscens peccatorum tuorum effunde lacrimas.
& poteris in lectulo posita ea delere. Roga dominum tuum. & sic permitte a
nimam tuam soporari. Confessus peccata tua facito tibimetipsi ratio
nem. & ora miam dei. & inuenies requiem. Quid graue aut quid mo
lestum positum in lecto cotidiana deflere peccata. Cum reputare in
cepis tanquam in meculeo suspende cogitationes tuas. & ungula timo
ris dei radito eas. apponite timorem gehenne. superducito ei securis
ictum non habentem dolorem. Iudicium facito tibimetipsi terribile.
leuiorem para per confessionem cogitatum tuum. ut non in futuro die
ignauior sis ad perutanda peccata. Quoniam iniquitatem meam ego
agnosco. & peccatum meum contra me est semper. tibi soli peccaui & ma
lum coram te feci. Quid est hoc quod dicit. Non timebam eum quinus
ticam passus est. miles erat mis. iudicare me non potuit. sed sollicitum fuum
apud te ne tu ame exigas penas. Vt iustificeris in sermonibus tuis.
& uincas cum iudicaris. Quid est quod dicit. Peccauit fiat iudicium. & iudicet
quinicit. Quomodo. Qua uidet dominum sine intermissione uoluntate semper
iudicari cum hominibus. Propha dicit. Iudice namque conuallies fundam
ta terre. quoniam iudicium est deo ad proximum suum. Et iterum alibi. Pro se mis quod
feci iterum. aut contristauit te. Responde mihi. Et iterum alibi. Iudici celum
& auribus pape tua. quoniam dominus locutus est. filios genui & exaltaui.